repromissionis incedunt quod mihi ualde beatum uidetur. ut
ea dem ipsa die qua erroris quis subterfugerit saeculi & iam ter
ram repromissionis ingredi mereatur. id est in hac die qua
in hoc saeculo uiuimus. Omnis enim uita nostra presens in una
die designatur. & ideo docemur per istud misterium. ne
actus nostros & opera iustitiae in crastinum differamus.
sed hodie id est donec uiuimus. donec in hoc mundo demo
ramur: omnia quae ad perfectionem pertinent. festinemus
implere. & ita demum poterimus decima die mensis
primi terram repromissionis id est beatitudinem perfe
ctionis intrare, sed & alia quamplura si diligenter obserues
in hac die recapitulari scripturarum relatione deprachen
des singulis. ut ne nunc sermo nobis plus quam uolumus
dilatetur. hoc sentiendum est de eo quod dies iste repetitur.
quia licet generalis nobis una perfectio. tamen unam quamque
speciem uirtutum quam adgredimur explicare. si eam
poterimus integre perfecteque implere, est ipsius uirtutis sua
quaeque perfectio. Uerbi causa si quis iracundus est uirtu
tem mansuetudinis cupit adipisci. sine dubio primo offen
dit in multis. donec longa meditatione usum multi temporis in
naturam conuertat. & cum hoc obtinuerit quod proposuit.
adipiscitur quidem perfectionem mansuetudinis. non tamen
ex hoc & iam perfectionem uirtutum omnem possidebit.
si ergo per singulas uirtutes inueniuntur multae perfectiones.
perfectio uero generalis illa est quae omnium in se perfectionum con
tinet summam. propterea ergo multa in hanc diem gesta
recapitulantur. ut multas perfectiones ad unum tenden
tes significent finem. sicut & propheta dicit: Multum
peregrinata est anima mea. & iterum dum dicerent mihi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0030